que virum, cujus corpus terræ mandamus, cur perpendamus, habemus. Nam Eccleſiæ Chriſti fidelis miniſter fuit.

Orat: Funeb. VII.

2.Reg.20.v.1. De Ezechia ægrotante. Eſaiæ 38. v.1. In diebus illis ægrotavit Ezechias.

HÆc eſt hiſtoria, quæ ſic ſe habet, &c. Obſerventur autem in hac hiſtoria hæ partes:

I. Aegrotatio, denunciatio mortis, oratio & conſternatio Ezechiæ. Loci.

II. Exauditio & prorogatio vitæ, adhibito remedio. Lumine dio Irradiato pectora noſtra Summe creator.

III. Confirmatio fidei per ſignum miraculi ſummi.

De Primo.

v.1. *In diebus illis ægrotavit Ezechias*) Ezechias pius & Deo carus rex fuit, & de Eccleſia Dei optimè meritus, & tamen Deus eum crebris & magnis calamitatibus exercuit. Nam paſſus eſt contra eum inſurgere regem Sennacheriba. Deinde lethali morbo peſtilentiæ eum corripi permiſit. Ezechias calamitatibus ſubjectus.

Ægrotavit autem circa annum regni decimum quartum, quo irruptio ab Aſſyrio Ægrotavit.